Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sermones - Cod. Aug. pap. 125

[Reichenau], [15. Jahrh.]

Notae

urn:nbn:de:bsz:31-64893

Visual Library

Nota quod quinque fuerunt causae quare deus nos [de] celo
redemit xpc et non per alium

Prima causa ut nobis ipsum amorem ostenderet. Cum cogitamus
eum penalibus tantam mortem et voluntarie sustinuisse ut ait Esayas 53
Oblatus est quia ipse voluit, monemur ad amorem eius. Unde ipse dicit
O vos omnes qui transitis per viam etc.

Secunda causa est ut magis valeret iustitia quam potentia. Si enim homo vos seruas-
set sic fecit mundum apparuisset potentia contra diabolum sed quia
diabolus misit manum in innocentem dignum fuit ut unum et
reliquos amitteret scilicet ut in ipso et omnino ipsum amisit
et quosdam. Unde diabolus qui misit manum in eum in quo ius non ha-
bebat merito perdidit illos in quibus ius habebat

Tertia causa ut omnis gloria attribuatur ei et non creaturis. Unde Esayas 42
Gloriam meam alteri non dabo. Si enim misisset angelum vel aliam
creaturam homines adorassent eum tamquam deum et ita essent ydolatre

Quarta causa ut creatura esset humiliata in redemptione quanta fuit superbia
in creatione quia non potuit facere aliunde, et ideo cum appetierat
equa esse deus sed non est subiectum alicui quod non potest facere nisi deus etc.

Quinta ut tantum esset pretium quantum fuerat amissum. Sed totum genus
humanum perditum fuerat et nulla creatura tantum valebat preter ipsum
unde oportuit quod ipse faceret quod sufficiens fuisset etc.

Sexta causa potest esse ut ille qui perdidit omnes ipse restitueret. Quoniam si
angelus vel alia creatura venisset et dixisset esse ...
missus ad recuperandum omnes permisisset diabolus dixisset non est
quod tu nichil amisisti. Unde oportuit ipsum redimere
quod amiserat etc. ∴ etc.

144

De decima

Preceptum est ut decima detur / unde Malachie 3 Inferte
omnem decimam in orreum meum. Servatores autem
istud preceptum consequuntur triplicem emundationem / Prima emundatio
temporalis que est habundancia rerum / Secunda emundatio corporalis
que est sanitas corporalis / Dicit Augustinus de duobus diluuiis / Si
decimas dederis non solum habundanciam fructuum
tum recipies / sed etiam sanitatem corporis consequeris
Tercia emundatio spiritualis que est remissio peccatorum / Quarta emundatio
celestis premiorum / Dicit Augustinus de duobus diluuiis / Qui
vult sibi premium celeste comparare ac veniam peccatorum
promereri decimas concedat /
Qui autem decimas non solvunt tanta mala in
currunt / unde est penuria rerum Augustinus / Maiores
nostri ideo copiis habundabant quia decimas
dabant / Modo autem quia discessit devocio dei / ac
cessit indictio fisci / nam tollit fiscus quod non accipit
Christus / Idem / Hec est domini iustissima consuetudo
si tu decimam illi non dederis ad decimam re
vocaberis / Tercium est quod hoc est grave peccatum quia clerus
videntur defraudare / unde Malachie 3 Si affliget
homo deum quia vos affligitis me et dixistis in quo
affligimus te / in decimis et primiciis / id est in hoc quod
non reddidistis sibi decimas et primicias